



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio trigesimaquarta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

compositionem nisi intelligendo compositum, nec compositum nisi intelligendo in ipso partes quarum visione ipsum est compositum, ideo &c. Notandum quod si relatio cum suo fundamento adueniret supposito iam constituto ut in creaturis, tunc relatio prius esset in fundamento quam in supposito.

9 A D primum argumentum patet solutio ex dictis.

10 Ad secundum dicendum quod omne illud in quo est relatio sicut in supposito relato illud refertur, non autem illud in quo est tantum ut in fundamento, relationes autem sunt in essentia sicut in fundamento soluunt, in personis autem sunt sicut in suppositis, & ideo solae personae referuntur & per consequens distinguuntur non autem essentia, & hoc est quod dicit Damascenus, quod proprietates sunt characteristicae, i.e. determinativae & distinctivae hypostaseos, i.e. personarum non autem essentiae.

DISTINCTIONE XXXIII.

Sententia huius distinctionis in generali
& speciali.

PRAEDICTIS autem adiiciendum. Superioris Magister comparauit proprietas ad essentiam & personas, & hic vero comparat essentiam & personas ad unum. Et dividitur in tres. Primo determinat suum intentum. Secundum incidenter determinat de nominibus translatis. Tertio imponit tractatu de trinitate & unitate ad finem. Secunda ibi, Praeterea scinduntur. Tertia ibi, de sacramento unitatis. Prima diuiditur in quatuor. Primo Comparat essentiam & personam quantum ad identitatem. Secundo quantum ad praedicandi modum. Tertiis subzunget quo modo communia in diuinis possunt appropriari, & ponit appropriationis rationem. Quartu incidenter determinat de quadam nomine communi. Secunda ibi, hic considerandu. Tertia ibi, Ex praedictis constat. Quarta ibi, sed non est praetermittendum. Prima diuiditur in tres. Primo ponit quorundam errorem. Secundo confirmat. Tertiis solvit. Secunda ibi, si enim iniquum. Tertia ibi, hic quidam dicunt. Et ultima diuiditur in tres. Primo respondet ad auctoritatem. Secundo respondet ad rationem in contrarium adductam. Secunda ibi, non ergo secundum corporalem. Tertia ibi, nec tam differentia. Hæc est diuisio litteræ in generali.

2 IN speciali vero sic procedit & proponit primo quod quidam dixerunt essentia & personam non esse idem. Postea confirmat hoc dictum, si enim eadem essentia est pater & filius, ergo eadem res generat & generatur, ad hanc facit autoritas Hilarius, dicens quod res natura & natura non sunt eadem vel idem, sed diuina persona est res natura, essentia autem dicitur ipsa natura, ergo differunt. Recipit quod verbum Hilarius est intelligendum in creaturis non in diuinis. Postea confirmat hanc in diuinis secundum Hilarium, res natura idem est quod natura scilicet natura ad existens res natura pater & filius est ipsa diuina natura, ipse enim Hilarius dicit quod Deus non est aliud ab his quae sibi in ipsis sunt, id est, a creaturis. Deinde respondet ad rationem dicens quod secundum rationem essentia & hypostasis differunt, & quod genera & generatio conueniunt in substantia non tamen in personalitate. Postea querit cum tres personæ dicuntur una essentia & unus deus utrum sicut dicitur una essentia trium personarum & tres tamen personæ vnius essentiae, ita posset dici unus deus trium personarum vel tres personæ vnius dei. Et respondet quod non, quia sic significatur Deus in aliqua habitu dine principi respectu personarum, nec est simile de essentia quia est alius modus significandi nomine dei, & alius nomine essentiae. Postea subdit quod potentia, sapientia, bonitas, sunt communia in diuinis, appropriantur tamen aliquibus personis, potestia enim appropriatur patri, quia in creaturis patres solent infirmi, sapientia appropriatur filio, quia in creaturis propter iuuentutem solent esse ignorantes. Bonitas vero appropriatur spiritui sancto, quia spiritus inflammationem & tumorem dicit in creaturis, unde per contrarium hoc dicitur in diuinis. Postea dicit quod hoc nomine homousion ab antiquis primo fuit cœlestium, tandem propter malum intellectum fuit damnatum, sed finaliter propter veritatem rei fuit receptum. Postea dicit

Sancto Porciano

quod de nominibus translatis non vult aliquid dicere, nisi quod assignata est ratio secundum quam transferri videntur. Ultimum dicit se insufficienter determinasse de sacramento trinitatis & unitatis diuinæ, &c.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum suppositum & natura differant realiter in creaturis.

Citat. 3. q. 4. ar. 2. Hen. quodl. 4. q. 3. cap. 3. d. 5. q. 3.

Circa distinctionem istam queritur de tribus principiis paliter. Primum est de comparatione personæ ad essentiam ad essentiam diuinam. Secundum est utrum sint tres personæ vnius essentiae. Tertium est de nominibus translatis. Quantum ad primi sciuntur, est quod cum persona comparetur ad essentiam sic ut suppositum ad naturam. Primo queritur de comparatione suppositi ad naturam in creaturis quae sunt nobis notiores. Et secundo de comparatione personæ ad essentiam diuinam. Ad primum sic procedit & arguitur quod suppositum & natura differant realiter in creaturis, quia illa quorum vni attribuitur aliquid reale quod non attribuit alteri differunt realiter, sed natura & suppositum in creaturis sunt huiusmodi, quia suppositum attribuitur age non tamen natura, ergo differunt realiter.

2 Item filius Iesu assumpsit humanam naturam & non assumpsit humanum suppositum, ergo non sunt idem suppositum & natura.

3 Item suppositum & natura se habent sicut habens & habent, homo enim significat ut habens humanitatem, & humanitas ut quod habetur, sed in solo Deo sunt idem quod habet & quod habetur, non autem in creaturis, ergo in solo Deo idem sunt suppositum & natura, non autem in creaturis.

4 IN CONTRARIUM arguitur, quia idem importatur per nomen hominis & eius definitionem, sed per definitionem hominis non importatur nisi quidditas & natura (quia definitione indicat quid est res) quid autem querit de quidditate, ergo sola quidditas vel natura importat per nomen hominis quod est nomen suppositi.

5 RESPONSO, noradum quod suppositum & natura possunt accipi duplicitate. Vno modo ut suppositum concretum dicatur, ut homo vel hic homo, & natura dicatur abstracta ut humanitas vel hic humanitas, & hoc modo querere quomodo se habeat suppositum ad naturam est quod rere quomodo se habeat quidditas ad id cuius est sine ad habens quidditatem. Alter modo possunt accipi sive ut suppositum dicatur singulare (ut hic homo vel hic humanitas) & natura dicatur quid commune vel universalis, ut homo vel humanitas, & sic querere quid addit suppositum vel naturam est querere de principio individuationis.

6 QVANTVM ad primum articulum solum trahabitur nunc quicunque, quia quantum ad secundum tractatur in 2. lib. de materia. Quantum ergo ad primum sciendum est quod per comparationem suppositi ad natum accipiendo suppositum pro concreto ut hominem, & naturam pro abstracto ut humanitatem verum sit: idem an non, sunt plus modi dicendi. Vnus est quod suppositum differat realiter a natura, quia intendit in se realiter aliquid quod differt realiter a natura, & est esse, & alia accidentia que sunt extra rationem naturæ, & hoc declarantur duplicitate. Vno modo per dictum Aristotelis in 7. metaphysica dicitur quod in dictis per se sunt idem realiter quidditas & habens quidditatem non autem in dictis secundum accidentem. Ex quo volunt accipere quod in omni natura cui potest aliquid accidere extra rationem eius existens, differat realiter suppositum & natura, quia in ratione suppositi non solum includitur natura, aut illa quae ad rationem naturæ & speciei pertinent, sed etiam illa quae accidit naturæ in supposito, & quia in omnibus rebus realiter est aliquid accidentis quod non pertinet ad rationem speciei & naturæ, pertinet ad suppositum, ideo in omnibus rebus realiter differunt suppositum & natura. Secundo declaratur idem, quia si suppositum esset idem realiter cum natura in creaturis tunc abstractum praedicaretur de concreto dico homo est humanitas, hoc autem non dicimus, ergo &c.

7 Sed

Lib. I. Distinctio XXXIIII.

⁷ Sed istud non videtur verum, quia si suppositum in cluderet in se intrinsecus aliquid quod accideret naturae siue illud sit esse (si tamen esse sit accidentis) siue quodcumque aliud accidentis tunc homo quod est nomen suppositi ut nunc loquimur de supposito, non esset tantum in genere substantiae sed in pluribus quemadmodum homo albus, nec esset unum per se, nec enim per se cum per idem sit aliud quod ens & unum, nec eius esset per se definitio quae omnia sunt inconvenientia. Secundo, quia dictum philosophi quod assumunt pro se non est pro eis, sed porci contra eos, non enim vocat philosophus dictum per accidentes omne suppositum in quo praeter naturam & quiditatem est aliquid accidentis, sed illud quod includit res diuersorum praedicantium vel homo albus, illud autem quod includit solum rem praedicamentum substantiae vocar dictum secundum se ut hominem aut equum quibusdam multa accidentia, & ideo non est intentio Aristoteles in omni natura cui aliquid potest accidere differant suppositum & natura, utrum autem unum predicetur de altero concreto, si de abstracto vel econtrafero an non, dicetur postea.

⁸ Alius modus dicendi est quod suppositum & natura differunt realiter non per hoc quod nomen suppositi significat praeter naturam aliquid accidentis naturae, quia tunc non esset ens per se unius generis, nec solam naturam, quia tunc non differet realiter a natura, sed quia addit super naturam quandam modum quem contrahit natura ex hoc quod subest ipsi esse & reliquis accidentibus, qui modus licet non sit alia res a natura per ipsum, tamen differt suppositum realiter a natura, & natura cum modo quem est suppositum a se ipsa sine modo illo ut sic absolute est natura, declarant autem hoc per simile, quia materia ex coniunctione sui cum quantitate contrahit quandam modum (scilicet quod sit extensa) per quem differt realiter a se ipsa non extensa, extensum enim & non extensum realiter differunt, & tamen materia extensa non addit super materiam aliquam rem non quantitatem, quia praeter quantitatem est in essentia materiae derelicta quedam extensio, quae licet non sit in materia nisi ad presentiam quantitatis, tamen non est ipsa quantitas, sed est quedam diuersificatio materie in essentia sua, confit enim quod sub alia & alia parte quantitas est alia & alia pars materie quo ad essentiam materie, quod non esset nisi praeter essentiam quantitatis, esset in materia quedam extensio secundum quam haberet partem & partem, ut sic secundum diuersas partes essentiae posset subiecti diuersis partibus quantitatibus, cum ergo ille modus non sit quantitas & fortiori ratione non sit res alterius praedicamenti, patet quia ille modus non addit super materiam aliquam rem, & tamen facit eam differre a seipso absolute sumpta & sine tali modo, & similiter in omni natura relinquitur aliquid modus ex coniunctione sui ad sua accidentia, qui modus cum natura pertinet ad rationem suppositi & non ad rationem naturae, ratione cuius differunt realiter suppositum & natura, licet ille modus non addat super naturam rem aliquam. Rationes probates hanc conclusionem adductae sunt arguendo ad questionem.

⁹ Hac autem positio deficit in multis. Primo quia dicit suppositum differe realiter a natura & non per aliquam rem, quia sicut se habet differens ratione ad rationem ita se habet differens realiter ad rem, sed impossibile est quod aliquid differat ab alio ratione nisi similia ratio vel includat aliam rationem, ergo impossibile est quod aliquid differat ab alio realiter nisi sit alia res vel habens seu includens aliam rem.

¹⁰ Secundo deficit in hoc quod ponit quod natura contrahit quandam modum ex unione sui cum accidentibus, hoc enim non est verum, alter enim perficit agens suum paxum, & aliter forma suum subiectum, agens enim perficit suum paxum non per se ipsum sed per aliquid immisum quod est forma quae est terminus actionis, sed forma perficit subiectum per se ipsum immediate & non per aliquid immisum, albedo enim perficit corpus per seipsum quae perfectione dicitur albus, & praeter ipsam nihil aliud redundat in subiecto, & similiter est in omnibus formis accidentibus. Ex hoc sic arguitur, ex perfectione subiecti per formam nihil redundat praeter formam, sed natura perficit suis accidentibus tanquam subiectum per formas, ergo ex tali perfectione vel unione nihil redundat

Quæstio I.

⁹³ nec res nec modus. Est tamen intelligendu quod ex unione formæ substantialis cum materia bene redundantia composito qualitates & passiones, sed in materia quae est subiectum formæ secundum se nihil redundat praeter formam, & eodem modo in toto ex natura & suis accidentibus. Unde potest aliquid redundare quod non est conditio solius naturae sed compositi ex natura & accidente, si eut esse figuratum redundat in natura ex quantitate, sed illud non est immediata conditio naturae sed quantitatis vel torium compotiti, & sic verum est uniuersaliter quod ex eo quod perfectit ut forma nihil redundat praeter formam quod sit conditio subiecti quod perfectitur per formam quasi magis intrinsecum subiecto quod sit forma ut isti imaginatur de quadam modo derelicto & cauato in natura ex unione eius ad quantitatem & ad alia accidentia, qui modus est quedam diuersificatio naturae in sua essentia ut dicunt.

¹¹ Tertio deficit in hoc quod dicit quod talis modus pertinet ad rationem suppositi, quia prius est intelligere naturam subiecti suis accidentibus quod sequatur talis modus, * quia contrahit ex unione naturae cum accidentibus, sed suppositum in genere substantiae vel natura subsistens que non subsistit nisi in supposito, praetelligitur talis (scilicet subsistens) antequam intelligatur subiecti suis accidentibus, quia subiectore competit sibi ex se, ergo suppositum vel natura subsistens praetelligitur illi modo qui contrahit ex unione naturae cum accidentibus, sed posteriorius non est de ratione prioris, ergo talis modus non est de ratione suppositi.

¹² Quartio quod illud quod est completuum & formale in constitutione rei denominat rem illam, sicut a relatione quae est formalis & completa in constitutione suppositorum diuinorum dicuntur supposita diuina relata, sed secundum istos talis modus est formalis & complectius in constitutione suppositorum creatorum, ergo omnia supposita creatura debent denominari a tali modo modus, quod est inconveniens.

¹³ Quinto, quia secundum opinionem istam sequitur quod humana natura in Christo sit suppositum, quia ipsa est affecta suis accidentibus ex qua affectione resultat modulus qui cum natura constituitur ratio suppositi ut dicunt hoc autem est inconveniens, ergo &c.

¹⁴ Alius modus dictus est quod suppositum realiter differet a natura, quia praeter naturam includit modum realium non quidem causatum ex unione naturae cum accidentibus ut dicit praedictus opinio sed modus qui competit naturae ex se si sibi relinquatur, & iste modus est modus per se subsistendi qui includitur in ratione suppositi & non in ratione naturae suppositi enim dicit quid per se subsistens, non autem natura, & hic modus si ponatur esse res iuxta illud quod dicit est in precedente distinctione, tunc hec opinio evadit omnia inconvenientia praedictis opinionis excepto quarto quod non est magnum, dato enim quod supposita creata differunt modis, non esset multum curandum, dummodo constaret de re. Item non evadit illud inconveniens quod adductum est contra primam opinionem, vnde delicit quod suppositum non esset unum per se, sed solum per accidens.

¹⁵ Nihilominus aliis modus dicendi quem credo verius etiam scilicet quod suppositum & natura (hoc est concretum & abstractum) sive accepta in uniuersali ut homo & humilitas, sive in singulari ut hic homo vel hec humanitas non importat aliud de principali significato sed idem per se, ex modo tamem significandi suppositum seu concretum aliiquid connotat quod non connotat natura. Primum patet dupliciter. Primo sic, non plus differt concretum & abstractum in predicamento substantiae quod in predicamento accidentis, sed in predicamento accidentis concretum & abstractum penitus idem significant ut album & albedo, album enim solam qualitatem significat sive albedo, ut dicitur in praedicamentis, ergo in praedicamentis substantiae concretum & abstractum (ut homo & humilitas) penitus idem significant. Secundo patet idem per rationem adductam prius ad questionem, videlicet quod idem significatur per nomen hominis & per eius definitionem.

¹⁶ Secundum patet, scilicet quod concretum seu suppositum de suo modo significandi aliiquid connotet quod non

Magistri Durandi de

connotat naturam seu abstractum, abstractum enim significat naturam secundum se absque habitudine ad aliquid aliud, & ideo ex suo modo significandi nihil connotat praeter naturam: concretum autem significat per modum habentis naturam ut homo habens humanitatem, & albus habens albedinem, & quia habens naturam est quandoque realiter diuersum a natura sicut homo habens albedinem est aliquid realiter diuersum ab albedine, sequitur per concretum ex suo modo connotandi connotat aliquid quod quandoque est realiter diuersum a forma importata per abstractum: vt in exemplo posita de albo, quandoque autem non, vt postea patet, quia quandoque non est realiter diversum quod habet, & quod habetur, differenter autem importatur per concretum forma que principaliter significatur & habens formam quod connotatur ex modo connotandi, quia ut pater resoluendo nomen concretum habens formam in importatur in recto, forma autem in obliquo ut album habens albedinem.

17 Et ex hoc sequuntur duo. Vnum est quod in concretis accidentalibus in quibus habens formam realiter differt a forma, concretum non potest predicari de suo abstracto, ut dicendo albedo est alba vel conuersio albū est albedo cuius ratio est, quia illud subicitur vel predicatorum quod importatur per terminum in recto non autem id quod importatur in obliquo, sed est determinatio predicatorum vel subiecti, sed per concretum importatur habens formam in recto, forma autem in obliquo, ergo ubi terminus concretus subicitur vel predicatorum oportet quod directe verisicetur propositio pro habente formam, sed in concretis accidentibus habens formam non est idem realiter cum forma. Ergo in talibus abstractum quod est nomen formae non predicatur de concreto quod est nomen habentis formae nec econverso.

18 Secundum quod sequitur est quod concretum directe supponat pro habente formam & non pro forma habita illud autem quod habet rationem partis vel inhaerentis vel alterius innitentis habet rationem habiti, & non habens ideo talis non conuenit nomen concretum propter quod natura humana in Christo, quia est alterius innitens & habita non dicitur homo sed humanitas, nec filius Dei dicitur assumptus hominem sed humanitatem, hic etiam non predicatorum concretum de abstracto nec econverso, non enim bene dicitur demonstrare Christo hic homo est sua humanitas, quia habens humanitatem est realiter aliud ab humanitate, quia illud est suppositum diuinum, in Christo enim humanitas degenerat in accidens quantum ad hoc non constituit suppositum proprium, sicut nec accidentia. Sed in suppositis creatris potest ne concretum predicatorum de abstracto vel suppositum de natura: non video quare non loquendo de concretis & abstractis substantialibus, vt sunt homo & humanitas: quia in talibus non videtur aliud quid subsistens aliud a natura quod possit habere naturam, sed sunt penitus idem re habens & habita, propter quod possunt de se inuicem predicatorum predicationem quae est per identitatem que licet non sit propria, quia non est formalis non tamen est falsa.

19 Sed circa hoc dicunt quidam quod semper est falsa homo est humanitas, quia cum homo supponat pro subsistente habente humanitatem, non solum autem potest dici humana natura in homine esse subsistens, sed etiam aggregatus ex humana natura & aliis, puta quantitate & qualitate, licet enim quantitas non subsistat, tamen compositum ex humanitate & quantitate subsistit, ideo quia homo ex modo significandi potest simul importare cum humanitate aliud aliud, propter hoc de homine non potest verificari humanitas nisi cum expositione, vt si diceretur quod illud subsistens habens humanitatem cui praeceps circumscripsiō quodcumque alio competit subsistere, est humanitas.

20 Sed istud non valet quia arguum sic ex datis, illud subsistens habens humanitatem cui praeceps circumscripsiō quocumque alio competit subsistere, est humanitas, sed homo ex significando modo significandi nihil importat nisi illud subsistens quod habet humanitatem & quod circumscripsiō quocumque alio subsisteret, ergo absolute & vniuersaliter in suppositis creatris duntaxat vera est dicere quod homo est humanitas, maior patet ex dictis eorum, minor

Sancto Porciano

probatur, quia nomine hominis non importatur nec ex significato, nec ex modo connotandi, nisi subsistens habens humanitatem sicut nomine albi non importatur nisi habens albedinem, vniuersaliter concretum nihil importat nisi formam: & subiectum sive suppositum habens formam, illud ergo non importatur per nomen hominis nec ex significato nec ex modo connotandi quo circumscripsiō est dare subsistens habens humanitatem, sed circumscripsiō quantitate & quocumque alio remanente, humana natura sibi derelicta secundum cursum naturae, est dare in hominibus subsistens habens humanitatem secundum nostrum modum intelligendi, ergo &c.

21 Item quantitas non intelligitur in subsistente habente humanitatem nisi intellectu in eo humanitate, sed quicquid est de intellectu subsistente habet humanitatem praeintelligitur aut necessario simul intelligitur cum humanitate, quare &c.

22 Iten secundum istos haec est vera Deus est deitas, & ramen Deus dicit subsistens habens deitatem in quo subsistente est humanitas de qua non potest verificari deitas, ergo similiter haec erit vera in creaturis homo est humanitas, licet in homine sit qualitas vel aliquod aliud quod non est humanitas.

23 Et si dicatur quod ex humanitate & deitate non fit unum per compositionem sicut ex humanitate & quantitate, propter quod concretum quod est deus non supponit pro aggregato ex supposito ex humanitate & humanitate sicut homo proposito ex humanitate & quantitate, sed supponit tantum pro subsistente quod est persona diuina & ipsa deitas.

24 Hoc nihil est: quia constat quod hoc nomen Deus supponit pro aggregato ex persona diuina & humanitate, aliquoquin non verificaremus istas propositiones Deus fuit natus, paupers, mortuus, & huiusmodi, vnde manifeste falsum assumunt isti. Quae cuncte enim sunt vna secundum suppositionem sive per compositionem sive alio modo terminus concretus reddit pro eius locutione vera, paret ergo qualiter se habeant suppositum & natura accipiendo suppositum pro concreto & naturam pro abstracto.

25 A D R A T I O N E S secundum opinionis que etiam sunt rationes principales in arguendo ad conclusionem. Respondendum est ad primam quod suppositum dicitur agere & non natura, non propter realem diuersitatem suppositi & naturae, sed quia suppositum significatur ut quid est. Naturae autem magis ut quo aut quid est, & quia agere correspondet ei quod est & est, ideo suppositum attributum actioni tanquam ei quod agit, sed natura tanquam ei quo ages agit, vtrunque ramen realiter agit quemque vnum sicut alterum, quia non sunt duo sed unum quoniam secundum modum loquendi magis attributatur vni quam alteri propter diversum modum significandi.

26 Ad secundum dicendum quod natura humana in Christo est natura & non suppositum non propter hoc quod natura & suppositum vel concretum & abstractum importantiam diuersa de principali significato, sed quia concretum ex modo significandi intelligitur ut habens, quod autem innititur alteri nomine habens ut sic, sed potius habitum, propter quod natura humana in Christo non dicetur homo sed humanitas.

27 Ad tertium dicendum quod in nulla creatura sunt idem vniuersaliter habens & quod habetur, quia in omni creatura praeter suppositum ex natura sunt aliqua que realiter diffringunt ab utroque, nihil tamē prohibet quin creatura sit aliud quod habitu quod non differt realiter ab habente sicut diximus de supposito & natura.

28 Ad illud quod dicunt de materia extensa quod differt realiter a seipso non extensa, & tamen non includit aliam rem sed quendam modum contractum. Dicendum quod falsum est, materia enim ex seipso dicit compotum ex materia & extensione que est essentialiter quantitas in quo composito materia est subiectum & quantitas est ipsa formalis extensio, ita quod non est alia extensio materiae & quantitatis sed tantum vna, quia extensio que est materia ut subiectum est quantitatis ut forma que est essentialiter id ipsum, & quod arguitur contra hoc quia sub alia & alia parte quantitatis est alia & alia pars materiae. Dicendum quod aut loquimur de materia que sub-

Differunt
que habent
nomen &c.

Vide sup.
d. 3. 4. 4.

Lib. I. Distinctio. XXXV.

est quantitat in diuersis secundum suppositū, aut de materia ut subiecti diuersis partibus eiusdem quantitatē secundum numerum; si primo modo sic dicendū est quod in diuersis est secundum suppositū alia materia est sub una quātūate, & alia in aliis, neutra tamen habet extensio præter illam quā est sua quantitas, differunt enim hęc duæ materie sicut duo individua eiusdem speciei & non sicut partes eiusdem materie secundū numerū, & si vocentur partes materie, tamen talis partialitas non arguit aliquā extensio, in toto nec in partibus, alias duæ animę separatę quae sunt individua vnius speciei, sicut duæ materie sunt individua vnius speciei, essent extensa, quod falso est, & si esset natura materie quod posset esse sine quantitate sicut anima, possem efficiat̄ duæ materie non extessa quae essent partes vnius materie sicut duo individua sunt partes vnius speciei, patet ergo quod materiam habere plures partes hoc modo que subiecti pluribus quantitatibus diuersis secundum suppositū, non arguit in materia secundū se aliquā extensio præter quantitatē quā ei aduenit, & est sua extensio. Si vero loquamus de materia ut subiecti diuersis partibus eiusdem quantitatē secundū numerū adhuc non oportet quod præter quantitatē sit in materia aliqua extensio secundum quā habeat plures partes quae subiectantur pluribus partibus quantitatē, immo secundū istos non est possibile si bene considerentur dicta eorū, quātūas enim non praexigit in materia illud quod ipsa facit aut quod ad ipsam consequitur, sed secundū istos illa extensio quā ponunt in materia præter quantitatē sit ex quātūate, vel sequitur ad quātūatē, contrahit enim ut dicunt ex vniōe quātūas ad materiā sergat talis extensio in materia nullo modo exigitur à quātūate ut per eā materia habeat diuersas partes quae subiectantur diuersis partibus eiusdem quātūas: ergo nunquā materia habet diuersas partes quae subiectantur diuersis partibus eiusdem quātūas secundum numerū. Dicendum est non, nunc enim loquimur de partialitate & totalitate extensio quā non habet materia, nisi includendo quātūatē quā est extensio & totalitas vel partialitas de quo loquimur: materia ergo subiecti quantitatē realiter à quātūate differens, sed tota materia non subiecti toti quātūatē, nec partes materiae partibus quātūatē, sed potius materia cū totalitate quātūas dicitur tota, & cū parte vel partialitate quātūas dicitur pars, quia totalitas & partialitas quae est quātūas essentialet̄ materie subiectue & nulla alia, & sicut sunt eadē partes quātūas & materie & non alia, quia sunt partes quātūas in se sunt partes materiae ut subiecti, & materie quātūas sunt ut aggregati vel compofiti, & ita magis patet vocando quātūatē timilitatem & partialitatem materie sicut verē est.

QVÆSTIO SECUNDĀ.

Vtrum persona in diuinis sit idem quod essentia.

Tho. i. q. 39. ar. 1.

P Ostea queritur vtrum persona in diuinis sit idem quod essentia. Et videtur quod sic, quia secundum Boëtium, in diuinis idem est quod est, sed quod est, sed illi lupspositū vel persona, quo est, est essentia, ergo &c.

² Ad idem est quod dicit Magister in litera.

³ IN CONTRARIUM arguit, quia impossibile est quod per idem re differat aliquid ab alio realiter & conuenient cū eodē, quia eiusdem non sunt oppositi effectus: sed persona conuenient cū persona, ut pater cū filio in essentia: differat autem in persona: ergo impossibile est quod persona & essentia sint omnino idem re.

⁴ RESPONSO, cum persona diuina sit aliquid constitutum ex essentia diuina & relatione tota differentia persona ab essentia quam includit est ratione relationis, & ideo sicut relatio diuina differt ab essentia, si persona diuina differt ab essentia ratione relationis, qualiter autem differant essentia, & relatio in diuinis dictum fuit in precedente distinctione, videlicet quod differt ex natura rei, quia non sunt idem adequate & convertibiliter, vel quia differunt sicut res & modus habendi re, vel quia licet sint idem identice, non sunt tamen idem formaliter, qui modus includit duos primos modos sicut tunc declaratum fuit, & talis differentia cū sit ex natura rei circumscripsiō omni actu rationis est aliquo modo realiter, licet

QVÆSTIO II.

93

non simpliciter & absolutē, sed cum determinatione alii cuius prædictorum modorum, & idem dicendum est de persona & respectu essentiae.

⁵ A R G U M E N T A procedunt viis suis, quia primū probat quod persona & essentia sunt idem & hoc verum est, quia verum est dicere quod persona est essentia, & essentia est persona, sed non probat quod sunt idem adæquate & convertibiliter, vel quod sunt idem formaliter, immo oppositū est verum sicut probat argumentum in opposituin.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum conuenienter dicatur quod sunt tres personae vnius essentiae.

Tho. i. q. 39. ar. 2.

T Ertio queritur vtrū cōuenienter dicatur quod sunt tres personae vnius essentiae. Et videtur quod non, quia secundum Arist. I. Elenc. eadem est ratio vnius solius & simpliciter vnius hominis & hominis, & similiter videntur quod eadē sit ratio essentiae & vnius essentiae, sed non bene dicitur quod sunt tres persona essentiae, ergo nec quod sunt tres persona vnius essentiae.

⁶ IN CONTRARIUM est quod habetur in litera.

⁷ R E S P O N S I O. Dicendum est quod bene conuenienter dicitur quod tres personae sunt vnius essentiae quod patet sic. Illud bene & cōuenienter dicitur quod vere & congrue, sed quod tres personae dicuntur esse vnius essentiae dicitur vere & congrue, ergo &c. Maior patet, quia in propositionibus quae sunt signa rerū tota bonitas est ex congruitate locutionis quae pertinet ad grammaticam, & ex veritate quae pertinet ad logicum, & ideo illud dicitur conuenienter & bene quod dicitur cōgrue quo ad grammaticum, & vere quo ad logicum, & hoc fuit maior. Misericordia probatur, quia cōgruitas est in constructione, dicenda quod sunt tres persona vnius essentiae sicut est cōgruitas dicendo ista multa est egregie formae & veteris genitius constructur ex via designationis essentiae secundū grammaticos, quia per talē constructionē designatione aliquae proprietas secundū quam essentia vel natura quacunq; habet a supposito uno vel pluribus, & ob hoc oportet quod sunt plures genitii quorū vnius dicat naturā & aliis proprietas naturae nisi ex aliquo vnu genitius habeat vnu pluriā, sicut dicitur iste est homo coſit intelligitur magni confit vel vir virtutis, id est, magis virtutis & sc̄ de aliis. Et etiā veritas in propositione, quia per talē enūciationem significatur quod essentia diuina habetur a tribus ut individualia, hoc autem est verum, ergo &c. Patet ergo quod bene dicitur quod tres personae sunt vnius essentiae non autē vnu Dei, quia concreti non possunt construi in ratione naturę vel formę sed potius in ratione suppositi, & quia tres personae non conuenient in vniitate suppositi idea non bene dicitur quod tres personae sunt vnius deū.

⁸ A D A R G U M E N T U M in oppositū dicendum quod licet sit eadem ratio essentiae & vnius essentiae, tamen quidam modus habendi essentiam designatur cum additur vnu qui non designatur absq; eius additione, & quia talis modus constriuendi est ad designationē proprietatis essentiae habite, ideo primus modus recipiunt cum additione vnius non autem secundus.

QVÆSTIO QUARTA.

Vtrum aliqua nomina conuenienter dicantur de Deo translatiue.

Tho. i. q. 39. ar. 3.

⁹ Vartō queritur vtrum aliqua nomina cōuenienter dicantur de Deo translatiue. Et videtur quod non, quia illa non sunt dicenda de Deo quod cōtinent manifestam falsitatem sed nomina dicta de Deo translatiue cōtinent manifestam falsitatem, manifeste enim falsum est dicere Deum esse agnum, leonem vel lapidem, quare &c.

¹⁰ IN CONTRARIUM est, autoritas scripture quę in pluribus locis talia nomina Deo attribuit.

¹¹ R E S P O N S I O. Dicendum quod non omnia nomina quę attribuimus Deo ex creaturis dicuntur de ipso translatiue, quia nullum nomen attribuimus deo nisi ex

M 5 crea

Magistri Durandi de

creaturis, non enim ponimus nomen nisi rei quam intelligimus, & quia non intelligimus Deum nisi ex creaturis & tatum quantum concludimus ex creaturis, ideo nullum nomen imponimus deo nisi ex creaturis, & quantum ad illa quae concludimus conuenire Deo ex creaturis, constat autem quod non omnia nomina quae attribuimus Deo dicuntur de eo translati & metaphoricè, sed quedam propria, scilicet omnia illa quae attribuimus ipso ut cognoscimus ipsum ex creaturis per viam causalitatis, eminentiae & remotionis, ut patuerit supra dist. 22. quia talia nomina sunt imposita ad significandum illud quod est in Deo, solum autem illa nomina dicuntur deo translati vel metaphorice quae significant speciales quidditates rerum creaturarum, vel perfectiones secundum modum creatur conuenientem, vt leo, agnus, sentire & huiusmodi, quia res significata per haec nomina non est in Deo, sed aliqua eius similitudo, vt fortitudo, mansuetudo & cognitione singularium quae in nobis pertinet ad sensum.

4. Talis autem translatio est ponibilis & utilis, quod sit ponibilis, pareret quia ibi translatio est ponibilis ubi inventur similitudo aliquius proprietatis, omnes enim transientes secundum aliquam similitudinem transferunt, ut dicitur. 2. Thop. sed inter deum & creaturas inveniuntur similitudo aliquius proprietatis, ut patet in exemplis iam positis, quare &c. Similitudo autem quae inveniuntur inter Deum & creaturas ratione cuius sit translatio non est secundum participationem eiusdem qualitatis secundum speciem, sed secundum proportionem ut cum dicimus quod deus est ignis, quia sicut se habet ignis ad calefaciendum corpora sic Deus ad inflammandum corda per amorem, & simile est de aliis quae deo dicuntur translatione.

5. Est etiam utilis talis translatio propter tria. Primum est propter excellentiā diuinā naturę, quia cū intellectus noster se habeat ad deū sicut oculus noctis ad lumen solis, ut dicitur. 2. meta. non possumus veritatem diuinorum capere secundum sensum, & ideo oportet quod proponantur nobis secundum modum nobis proportionatum, est autem nobis connotata à sensibilibus ad intelligibilius concordare, & ideo utrile est ut sub figuris rerum sensibilium diuina nobis intelligenda proponatur: vnde Dion. 1. cap. de coelect. hierarchia dicit quod impossibile est alter lucere nobis diuinū radium, nisi varietate sacrorum velaminum anagogicē circumuelatum.

6. Secundum est, quia in diuinis negationes sunt vere affirmations vero incompacte secundum Diony. & ideo de omnibus quae Deo attribuuntur intelligentium est quod non eodem modo sibi conuenient sicut in creaturis inveniuntur, sed per altiore modum, manifestius autem est perfectiones corporales Deo non conuenire quam spirituales, & ideo conueniens sicut rebus corporibus diuina significari, ut his assuefacti dicseremus nihil eorum quae Deo attribuuntur conuenient ei secundum modum quo conueniunt creaturis.

7. Tertium est propter occultationē diuinā veritatis, profunda enim fidei occultanda sunt infidelibus ne irridant, & simplicibus ne occasione erroris assumat, nullus autem est adeo infidelis aut idiota qui credit corporalia secundum proprietatem deo dici, puta si leo aut agnus & ideo ex talibus nullus infidelis aut simplex potest sumere occasione irridendi vel errandi, & ob hoc causam & aliam quam immediate dicta est conuenientior fit translatione à rebus vilioribus quam à perfectioribus, & has causas assignat Diony. 1. & 2. cap. Coelect. hierarchie.

8. A D A R G V M E N T V M in oppositum dicendum quod tales propositiones non sunt falsae si intelligantur debito modo, scilicet in sensu in quo sunt & non in sensu quem primo aspectu faciunt, sunt enim intelligentiae non secundum proprietatem, sed secundum similitudinem & proportionem, & sic sunt verae sicut parabolice locutiones, & haec dicta de distinctione personarum diuinarum sufficiant.

D I S T I N C T I O X X X V .

Sententia huius distinctionis in generali & speciali.

C Vm̄q; sapra. Superior inquisuit Magister vnitatem diuinę essentia & trinitatem personarum, hic determinat de attributis essentialibus quibus attribuitur vel

Sancto Porciano

ascribitur creaturarum causalitas. Et dividitur ista pars in tres secundum tria attributa diuinæ essentia quae ipsæ prosequitur ad quæ reducitur causalitas creaturarum. Primo enim prosequitur de scientia. Secundo de potestate. 42. dist. ibi, nunc de omnipotencia. Tertio de bonitate. 45. dist. ibi, nam de voluntate. Ratio autem huius ordinis est, quia scientia ad plura se extendit quæ potentia, est enim tam bonorum quæ malorum quorum non est potentia, potestia etiam ad plura se extendit quæ voluntas, voluntas est tantum respectu illorū quæ sunt quæ fuerint vel erūt, sed potestia ulterius est infinitorum aliquorum quæ fieri possunt. Prima pars istarum dividitur in duas. Primo enim determinat de scientia Dei in generali. Secundo de quadam specie scientiæ Dei quæ speciale difficultatem affert. 46. dist. ibi. Prædestinatione vero de bonis. Prima in tres. Primo enim ostendit quorum est scientia dei. Secundo ostendit quo modo ea quæ sit in Deo esse dicuntur. 46. ibi. Solet hic queri. Tertio quomodo scientia Dei se habet ad res scitas. 47. dist. ibi: nunc ergo ad propositum. Prima in quatuor. Primo notificat necessitatē tractatus. Secundo ostendit in generali quorum est scientia dei ibi. Scientia est ergo. Tertio mouet incidente questionem & solvit ibi. Hic considerari oportet. Quartu ex determinatione concludit quædam quæstiones ibi: Præterea omnia est dicuntur de Deo. Haec est diuinitus in generali.

2 IN S P E C I A L I sic procedit. Primo proponit q; de attributis diuinis & scientia prædestinationis cum certis quæ enumerat speciale oportuit facere tractatum. Postea dicit quod scientia est respectu omnium sive præsentium sive futurorum sive temporali sive eternorum, præscientia vero dicitur futurorum omnium. Dispositio vero dicitur respectu faciendorum prouidentia respectu gubernandorum. Prædestinatione respectu salvandorum, ybi dicit quod prædestinatur homines ad futurā gloriam, & prædefinuntur hominibus bona gatia & gloria. Deinde querit vtrum (si nulla fuissent futura) prædestinatione & præscientia vel dispositio in Deo fuissent. Et videtur quod non, quia omnia ista relativa dicuntur per respectu ad futura, ergo si nulla fuissent futura ista in deo non fuissent. Sed in contrarium videtur quod præscientia idem est quod scientia, & scientia Dei idem est, quod essentia ipsius, & præcire idem est quod esse in diuini. Idem enim est Deum præcientem esse & Deum esse, ergo si ab aliis futuris non est scientia in Deo, a futuris ergo dependebit eius essentia vel diuinis quod est inveniendum, & refutatur quod si nulla fuissent futura tolleretur præscientia Dei quantum ad respectum & ante cessionem quæ importat ad futura, sed non quantum ad essentiam quod subiacet tali respectui, præscientia vero dicit essentiam cum tali respectu. Scientia vero competit ab æterno & præter creaturam existentiā. Ultimo concludit duas conclusiones. Quarum prima talis est quod propter scientiam omnia dicuntur esse in Deo, & ab æterno fuerunt etiam antequam fierent, quia Deus nihil facit ignorans. Secunda est quod propter istam scientiam omnia dicuntur esse in Dei præsencia secundum cognitionem. Haec est sententia huius in speciali.

Q VÆ S T I O P R I M A .
Vtrum Deus cognoscat se tantum, an etiam alia a se.

Th. i. p. q. 14. art. 1. 2. q. 5.

C Irca distinctionē istam primò queritur vtrum deus cognoscat se tantum, an etiam alia a se. Et videtur quod non cognoscat alia a se, quia quacunq; sunt alia a Deo sunt extra ipsum, sed secundum Aug. lib. 3. q. Deus nec quicquam extra seipsum intuetur: ergo non cognoscit alia a se.

2 Item secundum ordinem obiectorum est ordo nobilitatis in operationibus, vnde & Phyl. 4. Ethic. facilius tem quæ est nobilissima operatio dicit esse respectu nobilissimi obiecti, sed quicquid est aliud a Deo est vilius & imperficius eo, ergo si Deus intelligenter alia a se intellexit eius vilescerer quod est inconveniens, quare &c.

3 IN C O N T R A R I V M est quod dicitur (Heb. 4.) omnia nuda & aperta sunt oculis eius, & Aug. 15. de trin. ca. 14. dicit quod omnia nouit pater in filio, omnia nouit

in se